mus etiã pncipis excusat. ꝛ si pcuratori cui pa-
nes coquendi mãdant cõtumaciter facere ne-
glexerit punit ipse ꝛ etiã dñs si fuerit cõscius.
1 h.d. ¶ Et no. casum ꝗ pcuratores absentiũ qbus pcu-
ratoris nole aliqd mandat. ꝙ si negligũt puniunt ipsi ꝛ
2 etiã dñi si fuerint cõscij. ¶ Ultimo no. hic esse casum ꝙ
dñs ex cõtumacia pcuratoris punit seu tenet si pscius
tñ est ꝛ hoc mõ põt limitari. ff. si qs ius di. nõ obtẽ. l. j. §.
si pcuratores. ¶ In tex. ibi in trãslatione. i. deportatio
ne panis cocti ad milites ppincias vt. ꝭ. ti. j. l. sicut. odof.
3 An. ¶ An aũt ppter cõtumaciã pcuratoris dñs excõi
cetur habet extra vt lit. nõ cte. c. s. in fi. ꝛ de hac materia
plene per bar. dicta l. j. Ja. rebuffi. comes.

¶ De militari veste. Rubrica.

¶ Sicut annona panis ꝛ aliaꝝ reꝝ exigit vt. ꝭ. ti. j. ꝛ. ij.
ita ꝛ vestium militarium canon exigitur. ꝛ ideo ponit ru
bricam de militari veste. Odoff.

Omnem canonẽ vestiuꝫ. A kalen. septẽ-
bris vsq ad kalen. aplis respublica sol-
1 uet. h.d. ¶ No. casum ꝙ vestes hyema
les debẽt fieri a kalẽ. mensis septẽbris.
dñt durare vsq ad kalẽ. mensis aplis. ꝛ
vestes estiuales a kal. aplis vsq ad kal.
mẽsis septẽbris. ¶ Itẽ no. p famulis q
a bus pmittitur vestis hyemalis ꝛ estiualis[a] ꝛ etiã p illis
qbus vestis in testamẽto relinquit. Bar.

a ¶ Hiemalis ꝛ estiualis. ad de lodo. ro. sin gu. sno. cccc- xcv. in. i. aliud non scim⁹. v bi alleg. hũc tex. p sing. adhoc qd hic dicitur. Idem facit. an to. cõsi. sing. sũs in ver. ve- stis. inci. p spo- lio.

Prouincie. Prouincie traslarũ qbuslibet. xx.
iugis seu capitib⁹ anno quolꝫ vnã vestẽ pre
stabant ad vsum militũ scytia ꝛ misia p. xxx.
iugeris seu capitib⁹ qd in egypto ꝛ partib⁹
orientis seruat. ꝛ si vestes nõ habẽt loco ei⁹
aureũ vnũ pstabãt exceptis hosterce n atis. ꝛ osdoema ꝛ
ysaria q ad aurei prestationẽ nõ tenent. h.d. bar. Et sic
est hic casus in quo capitatio prestat ꝙ dic vt. ꝭ. de pas.
l. s. nõ põt tñ scdo legere. i. istã vt p. xxx. capitib⁹ haben-
tibus. xxx. iugera fiat pstatio vestis ꝛ sic occasione terre
nõ capitis fiat prestatio Odoff. Ja. rebuffi.

Ortissimis. Ad vestẽ militis nõ pstabunt bi
ni tremisses sed vn⁹ solid⁹. h.d. ¶ Nota. pro
1 vna clamide non sufficit vn⁹ ducat⁹ vt hic in
glo. sup ṽb. clamidib⁹. vñ si pmitto tibi cla-
midem facere intelligit maioris pcij vn⁹ flo
reni. qd est veꝝ psiderata cõditione psone. nã si pmitto
b vni doctori vel vni militi dꝫ esse maioris pcij[b] sec⁹ si ali-
2 cui vili psone. ¶ Ultimo no. ar. ꝗ sartores vt nõ possint
accipe p factura vn⁹ clamidis nisi vnũ florenũ. Bar.

b ¶ Maioris precij. s. sm di- gnitatẽ suã. ita no. flo. in. l. sed ꝛ si quid. §. mã cipiorũ. ff. de vsuf. leg. Spe cu. in ti. de ad- uo. §. sequit vi dere. in princi. Ant. cõsi. sin gu. suis. inter. conditio pso- ne. incip. aliqs pmisit mihi fa cere vestẽ. de quo p feli. ple ne. in. c. cũm q. col. xij in fi. ex tra de rescrip. ꝛ do. mell. do- laso. may. in. l. j. in. j. col. ꝭ. de lega.

Militaris. Quicqꝫ ptes pcij vestis militaris in
pecunia dñt dari sortissimis militib⁹ debili-
bus ṽo sexta ps in pmo. h.d. ¶ No. ex glo.
ista ꝙ armentũ in dubio intelligit de aiali-
bus magnis. sed grex de aialib⁹ ꝛ pecudib⁹
minimis. q ꝗ pmittit gregẽ põt dare pecudes. sed q p-
mittit armentum non põt dare nisi bestias magnas seu
grossas. quod no. Bar.

¶ De metatis ꝛ epidimeticis. Rubrica.

¶ Dictũ est. ꝭ. de ero. mili. ãno. ꝛ de militari veste de ho
spicijs aũt militum in qbus habitãt in puincijs in qbus
sunt cã tuitionis reipu. nõ fuerat dictũ. iõ de hijs dicere
volẽs ponit rubricam de metatis ꝛc. sm Odoff. qd expo
ne vt in glo. Ja. rebuffi.

Si quis. Mensor deputat⁹ p epidemati-
cos ad hospicia mẽsurãda ꝛ militib⁹ dã-
da seu assignãda si in aliq domo scripse
rit nomẽ militis cui sit assignata ꝛ post
ea aboleuit punit pena falsi. h.d. Bar.
Et est rõ qꝛ aut primo male scripsit seu
assignauit tũc cõmisit falsum. ꝛ nõ ma
le. ꝛ postea delet qd vere ascripserat. ꝛ sic falsum cõmisit
vt. ff. de fal. l. j. §. q in rationib⁹. Itẽ alia rõne nõ potuit
delere. qꝛ erat funct⁹ offõ suo. vt ar. ff. de re iudi. l. iudex.
An. ¶ Et facit ꝙ si aliqs duc signo suo signauit cũ eẽt
aliena ꝛ aliud signuꝫ dñi deleuit ꝙ teneat pena falsi. ad
qd. ff. de fal. l. lege cornelia. ꝛ l. ꝗ alt. in glo. ꝛ meli⁹. ff. ad
municip. l. ticio. Ja. rebuffi legũ comes.

In qualibet. Cũ assignant hospicia militib⁹ di
uidet hospiciũ in tres ptes. ꝛ dñs eliget pmo
terciã partẽ dom⁹ quaꝫ optauerit. terciam ṽo
dño domus relinquit ergasteria aũt mercimo
nijs deputata sunt in minima ꝛ excepta ab onere hospitũ
Si tñ in tercia parte dom⁹ hospitib⁹ assignata stabulũ
deficiat in ergasterio partes p stabulo dñt hẽe nisi dñs
dom⁹. ałs puiderit. s. assignãdo aliũ locũ p aialibus illu
stribus. tñ assignabit ps media dom⁹ vt vel dñs diuidat
ꝛ illustris eligat vel ecõtra. cõtra faciẽs punit penis hic
insertis. h.d. sm An. ꝛ Bar. ¶ No. hic de puilegio ele-
ctionis de q. ꝭ. de hijs q se defe. l. s. ꝛ. ꝭ. qñ ꝛ q. q̃rta ps. l.
ij. sꝫ An. ꝛ. ꝭ. de dona. l. sancim⁹. §. iij. Sed qd erit si nõ
cõcordãt de diuisione dic ꝙ tũc forte dirimet nec hꝫ locũ
pma ps hui⁹. l. qꝛ ibi loquit vbi dñs retẽturus est duas
ptes. ꝛ p hoc dicta. l. ij. ꝭ. in q. q̃rta ps. li. x. circa pn. ꝛ in
glo. circa fi. l. Et no. penã cõtra occupantes hospitia ul-
tra q̃ debent. Ja. rebuffi comes.

Unctos. Hic dr ꝙ oẽs iudices ꝛ milites dũ faci
unt trãsitũ p puincias debẽt abstinere a domi-
bus iudicũ ordinarioꝝ dũ psites sunt ꝛ ibi habi
tant. hoc dicit. ¶ Et sic pretoriũ sumit p domo ałs pro
loco vbi ius redditur. sm Odoff.

Abricensiũ. Dom⁹ fabricensiũ ad hospites
recipiẽdos nõ grauat. h.d. bar. Et est rõ. qꝛ
coꝝ offm publicã continet vtilitatẽ. ꝛ iõ eis
cõcedit vt alijs negociatorib⁹ denegaret. vt
ꝭ. nego. ne mili. l. j. hñt etiaꝫ alia puilegia vt
ꝭ. de fabri. l. ij. ꝛ l. eos. ¶ In fi. tex. ibi absite ꝛc. i. nisi cõ
tingat adesse sacrũ comeatũ. i. pncipẽ vel ei⁹ exercitum.
qꝛ tũc ppter multitudinẽ ꝛ necessitatẽ ppli ꝛ militũ non
excusarent. sm Odoff. Ja. rebuffi.

Deuotum. Nullus miles ad prediũ publicũ
vel puatũ põt accedere. ꝛ ꝯtrafaciẽtes tãq̃
sacrilegũ quilꝫ põt expellere. ꝛ administra-
tor q eũ trãsmiserit punit soliqꝫ militibus
trãseuntib⁹ hospitari lꝫ nihil p se vel p ala-
libus ab hospite querãt vel exigãt siue hospitãs inuitus
siue volẽs det ꝛ in tali hospitio residẽtiã nõ faciãt. cõtra
1 faciens punit. h.d. ¶ In tex. ibi. vitionis. no. ꝙ p defen
denda possessione sua licitũ est vlasci ꝛ talis vitio nõ est
pprie vitio sed defensio. vt dicit glo. qd no. ad. q. de eo q
dicit in iudicio ꝙ ad sui defensionẽ iniã vlciscẽdo peussit
nã verbũ vitionis accipit hic p defensione vt hic in glo.
¶ In tex. ibi q pmus inuenit. No. hic tex. expssum ꝙ si
aliqs vult me expellere de possessione mea ꝙ amici mei
ꝛ vicini et etiã pegrini pñt ipedire volentẽ me expellere
2 qd me nõ expellat. qd no. valde bar. ¶ Itẽ no. hac. l. ꝙ
põt resisti officiali volẽti offõ suo abuti sic. ꝭ. de iur. fi. l.
phibitũ. ꝛ facit. j. de exec. l. pe. ¶ Itẽ no. ꝙ nõ peccat fa
ciens aliqd legis auctoritate. ꝛ est rõ ne reperiat circũ-
uentus a lege qd esse nõ dꝫ. ꝭ. de hijs q ve. eta. impe. l. j.
3 ¶ Itẽ no. arg. ꝙ si dñs ppa auctoritate ẽphiteotã ex-
pellat infra debitũ tẽpus canonẽ nõ soluentẽ nõ punit.
cũ hoc suo ppo relinqt arbitrio. vt. ꝭ. de iur. emphi. l. ij.
¶ Itẽ no. qd legitime factũ est penã nõ meret. concor.
sunt i glo. ¶ Itẽ no. qd facere nõ põt qs de suo qd vult
4 sic. ꝭ. de thesauris. l. j. ¶ Itẽ no. ꝙ nõ tñ ob tutelaꝫ sui
corpis est pmittẽda defensio vt. ff. de iusti. ꝛ iur. l. vt vim.
ꝛ ad. l. acq. l. sciam. §. q cũ aliter. cũ sili. sed etiã ob tute-
lam rerũ. vt. ꝭ. vñ vi. l. j. qd si ob tutelã alterius puta fra-
tris vel filij vel amici dic vt not. dicta. l. vt vim. ¶ Quid
si ob tutelã vxoris dic sicut in ppria. tñ qꝛ vxor defendit
p maritũ vt. ff. de iniur. l. j. in fi. ꝛ insti. eo. §. ij. tuꝫ qꝛ sunt
eadẽ psona. duo eñ sunt in carne vna ꝛ socij diuini ꝛ hu
mani thori. Itẽ qd si a magrãtu magro vł minori offen
5 datur in curia. dic vt not. dicta. l. vt vim. ¶ Sed nũquid
possit se iniuriat⁹ vindicare: vł ꝙ sic p verbũ vitionis ꝗ
positum vt. ꝭ. qñ liceat se sine iudi. vin. l. j. ꝛ quia ignoscẽ
dum est ei ꝛc. ff. de bo. libe. l. q cũ maior ecõtra. ꝙ nõ. vt
ꝭ. ad. l. iul. de vi. pu. vel pua. l. si qs fundũ. ꝛ est rõ vt. ꝭ. de
iudcis.

iudeis.l.nullus.Sol.extra iudiciũ nõ licet alicui ſe vẽdi care vt in.l.nullus.ſed in iudicio ſic vt in.l.q cũ maior. et
6 hoc iõ qr iuris executio nõ hʒ iniuriã. ¶ Itẽ no. hoc qd dicit lra ſacrilegiũ.ꝙ cõtẽptor mãdati pncipis pena ſacrilegij puniat vt de hoc in.l.j.ſ.de theſauris. ¶ Itẽ no. caſum in quo nõ lʒ recipere etiam a volente.qd dic vt.j. titu.pxi.l.j.An.τ Ja.rebuffi.

Hoc pſcriptum eſt.Milites qui hoſpitantur in domibus priuatorum non querant balneum a priuatis nec quid aliud. vt.ſ.lege. proxima. in fine.An.

Deuotiſſimos.Milites vrbis rome cũ ingrediunt vrbẽ vel regrediunt debẽt in pedibus turriũ muroꝝ vrbis deſcẽdere τ mutare veſtes.qr ſi forte vadũt ad bellũ debẽt aſſumere arma.Si reuertunt a bello deponunt arma τ aſſumũt veſtes pacis τ cõſtrue lram vt in glo. An. Uel poſſet dici ꝙ ibi ſtent.qr forte ſunt feſſi vt ibi deſcẽdũt ſm Odoff.qd nõ habent aliq libri. Ja.rebuffi comes.

Archiatros.Principes medicoꝝ τ magni magiſtri in medicina τ aliaꝝ liberaliũ artiũ pacẽ pmas lras vt alphabetũ docẽtes τ pfeſſores picturarum.oẽs iſti ſint igenui hñt excuſationẽ ſuſcipiẽdorum hoſpitum.hoc dicit ſm primã lecturã.Odoff.

1 Omnes.Ad euidentiam no.ꝙ ſi aliquis pretextu priuilegij ſpãliter ipetrati excuſet ab hoſpitalitate dʒ ſoluere penſionẽ pro tertia pte dom⁹ excuſate.dr ꝗ hic ꝙ q pſtat hoſpitalitatẽ nõ tenet ad dictã penſionẽ. ¶ Secũdo ibi.deinde dr ꝙ ſi aliqs ipetrauerit priuilegiũ vt hoſpitem nõ recipiat ipe nõ poterit in alijs edib⁹ vendicare metatũ in hoſpitalẽ. ¶ Tertio in.ſ.ceteris.dr ꝙ habentes illuſtrẽ dignitatẽ cũ adminiſtratione vel ſine nõ ſunt imunes ab onere hoſpitãdi. ¶ Quarto ibi ſcituris dr ꝙ ſi aliqs in dignitate poſit⁹ ipetrauerit priuilegium vt ſit imunis ab hoſpitalitate nõ dʒ eſſe imunis a tertia pte pẽſionis.τ ſic ipetrauit vt etiã a pẽſione ſic exẽptus carebit legũ priuilegio qs fraudare conat⁹ eſt. Si võ nõ ſit in dignitate poſit⁹.centũ libr.auri.mulcta feriat.h.d.
2 ¶ No.ex.l.pñti ꝙ qſqʒ iuris in alterũ ſtatuerit ipe eodem iure vtat.qd intelligas cũ reſpectũ eſt ipetratuʒ ad eius poſtulationẽ.qd dic plene vt no.ſ.de legi.l.qd fauore. ¶ Itẽ no.ꝙ cingulũ ponit p adminiſtratione.cõ
3 cor.ſ.vt dign.or.ſeruet.l.ij. ¶ Itẽ no.carere legis priuilegio q legẽ fraudare conat.vt.ff.de minor.l.auxiliuʒ.in fi.τ ibi no.in glo.ſm Odo.τ An. ¶ In glo.fi.ibi.l.pperandũ.ſ.ſinautẽ ex geſtis.Sed dic ꝙ ibi cõtumax priuat bñficio illi⁹ legis qſitũ ad inſtantiã trienij.nõ aũt dʒ priuari iure qd hʒ in re.qr ſic iudex degeneraret vt in eo.ti. l.rẽ nõ nouã.qd iura nõ patiunt vt.ſ.de indic.vidui.l.ij. Ja.rebuffi legum pfeſſor.

Hac lege.Hic enumerant aliq pſone poſite i dignitatib⁹ q in lra eximunt.q in pte nõia totũ eximunt ab onere hoſpitãdi dũ viuũt: τ poſt mortẽ heredes eoꝝ filij τ parẽtes nepoteſqʒ frẽs τ ſorores atqʒ vxores. illuſtres aũt honorarij nullã hñt excuſationẽ ab hoſpitatione militum.ſed ergaſteria ſeu dom⁹ in qbus vẽdunt mercimonia excuſant. Itẽ reſcriptũ ipetratũ cõtra diſpoſitionẽ
1 huius.l.nõ valet.h.d.ſm Odoff.An.τ Bar. ¶ No.ex l.iſta ꝙ priuilegiũ trãſit ad ſuperiores de quo dictũ fuit ſ.de pri.ſa.ſcri.l.in ſacris. ¶ Scdo no.ꝙ min⁹ habet heres ꝙ defunctus.qſqʒ plus hʒ heres ꝙ defunctus.vt ſ.de dome.τ prec.l.fi.regulariter tñ eiuſdẽ iuris ſunt heres τ defunctus vt.l.heredes.ff.de regu.iuris.τ in aut.
2 de iureiuran.a mori.pteſ.col.v.ſ.j. ¶ Ultimo.no.caſuʒ in quo nõ valet reſcriptũ.de quo.ſ.de peti.bo.ſubla.l.j. τ.ij.ſm Odof.τ An. ¶ In glo.ibi facit cõtrarium de.l. heredes.ff.de regu.iur.dic vt ibi not.circa fi.text.ibi ex
3 ceptis videlʒ ergaſterijs τc. ¶ Not.ex hoc tex.τ ex.l.in qualibet.ſ.eo.ꝙ vbi domus eſt aſtricta ad aliquod munus ꝙ ergaſteria ſeu operatoria non videatur eſſe aſtricta et ꝙ ſi legetur domus non videatur legatum opera
a torum[a].Circa qd dic ꝙ aut tale operatoriũ nõ eſt cõiunctum domui.τ tũc nõ venit in legato.vt.ff.vti poſſ.l. j.ſ.ſi duo.de leg.iij.l.ſi aut edes.τ de dãno infec.l.quod cõclaue.aut erat cõiunctum domui τ tunc venit in legato.ff.de fund.inſtruct.l.ſeye experte.ſ.tiranne.τ de act. emp.l.creditor.ſ.ſi.τ eſt ratio propter coherentiã vt.ſ. de bo.vacan.l.ij.τ.ff.ſi ſerui.vendi.l.teſtatrix.τ pro hac diſtin.facit.ff.de leg.iij.l.pdijs.ſ.pe.τ fi.Ja.rebuffi.

Decem.Tribuni decem poſt primicerios immunitatem habent ab hoſpite recipiendo in domibus quas tenent in vrbe conſtantinopolitana.Barto.

¶ De ſalgamo hoſpitib⁹ nõ preſtãdo. Rubri.

Ne quis. Milites ſub pene interminatione phibentur extorquere vel a volẽtibus recipere ſalgamum.i. culcitras. oleum τ alia que in lra recitantur. facit
1 ſ.titu.j.l.deuotum.in fi. ¶ Item nota caſum in quo etiã a volẽte nõ licet accipere.concor.de rapto.virg.l.j.ff.de officio procõſul.l.obſeruare.cuʒ concor.hic in gloſa poſitis ſm Odoff.τ an.Glo.ponit rationem. qr ſemp preſumit cõcuſſio qd facit vt promiſſio facta p ſubditos ſuo ſuperiori quem habẽt in reuerentia ꝙ nõ valeat ſm ea q habentur in.l.j.ſ.que onerande.ff.quaꝝ reꝝ.act.non da. ſm Dulium. Itẽ poſſet dici de cõfeſſione ſeu obligatione in carcere.τ maxime facta alicui officiario. τ idem de obligatione facta gentibus armorum ſeu latrũculis tẽpore captionis ſeu metus.q obligationes ſeu confeſſiones in premiſſis caſibus τ ſimilib⁹ cenſent plus eſſe facte cauſa cõcuſſionis ꝙ gratis.ad qd faciunt.ll.in gloſa
2 alleg. ¶ Iuxta hanc.l.poteſt queri an talis miles dato precio ſaltim a volente poſſit recipere.qd videt vt.ff.ad l.iul.repe.l.j.τ.j.de lucris aduo.l.iiij.Sʒ an modica poſſint recipere a volentibus ſine precio.qd videt ar.ff.de offi.preſi.l.ſolent.τ como.l.in rebus.ſ.poſſunt. qd apparet.qr fit talis prohibitio ne tales ſubditi grauent.ſ. titu.j.l.deuotuʒ.Sed in modico nõ eſt grauamen.ergo ceſſante cauſa phibitionis debet ceſſare phibitio.ff.de iure patro.l.adigere.ſ.quis.iuncta.l.de precio.cũ concor.ff.de publica. Itẽ põt queri ſi aliquis miles hoſpitetur is domo alicui⁹ amici ſui an habeat locũ pena huius l.vt non poſſit recipere ſalgamũ.τ videt ꝙ ſic cũ hec lex indiſtincte loquat.ꝗ τc.vt dicta.l.de precio.τ.l.j.ſ.generaliter.ff.de lega.preſtan.Sed videtur dicendũ cõtrarium cũ.l.iſta loquatur in extraneo cui ad hoc nõ tenebat ad qd.ff.ad.l.iul.repete.l.j.in fi.cuʒ in coniuncto debet ceſſare ratio huius.l.vt in eo nõ preſumat cõcuſſio arg. ff.de ritu nup.l.non ſolũ.ſ.j.ad qd.ſ.de caſtren.pecu.l. cum alleg.cũ ibi nota.Ja.rebuffi.

¶ De commeatu. Rubrica.

¶ Dictũ eſt.ſ.in precedentib⁹ titulis de factis tangentibus multos officiarios τ etiaʒ milites τ acta militaria et etiam officiarij milites in exercitio militari τ eorũ officio exiſtentes quandoqʒ recipiunt comeatũ hoc eſt licentiã recedendi a bello vel ab exercitio militari τ eoruʒ officij. Igit ſubijcit hic rubrica de comeatu. Ja.rebuffi.

Ne cui. Tempore expeditionis vel belli non eſt danda licentia militi. alr pena capitis punitur licentians τ licentiat⁹. hoc dicit ſm Odoffre. et An. ¶ Nota ꝙ poteſtas vel capitaneus tẽpore quo eſt timor inimicorum non poteſt dare licentiam militibus recedendi de exerci
1 tu.alr poteſtas τ licentiatus puniuntur vt hic. ¶ Iteʒ nota ꝙ iuſſus ſuperioris nõ excuſat de quo in.l.furti.ſ. q iuſſu.ff.de hijs q no.infa.τ in.l.ij.ſ.de dela.τ de decurio.l.oẽs.li.x.τ p Dy.in.c.qd qs.extra de regu.iur.li.vj. ſm Dulium. Ja.rebuffi.

Quamqʒ. Qui de ſcrinijs aut agentibus aut etiam de palatinis comitibus qui ſacrarũ aut priuatarum rerum aſſequuntur remunerationem ſi vltra tempus comeatus per ſex mẽſes

t iij

Milites vrbis romane cũ ingrediunt vt vel regrediuntur debẽt in pedibus turriũ muroꝝ vrbis deſcẽdere et mutare veſtes.

a ¶ Legatum operatorij. Adde Barto in.l. plerique. et ibi dic Alex. de mo.in.j.colũ. cũ cõcor. ibi p eũ ſignatis.ff. de in ius voca. τ in.l.meminiſſe.ff.de offi. pconſu. et lega. vbi tenent ꝙ nõ.τ l.l.lex cornelia.ſ.domũ ff.d iniur. Barto.dñ.incl.ſtatutũ caueat ꝙ p maleficio.τ Pau.de ca.cõ ſi.eius.incl.viſo puncto ſupraſcripto.

Promiſſio facta per ſubditos ſuo ſupiori quẽ hñt i reuerentia ꝙ nõ valeat idẽ de confeſſione et promiſſiõe in carcere τ maxime alicui officiario.

abſens fuerit. Item qui proprio arbitrio anni vacatio-
nem. et qui per quadriennium ſtetit necnon. et qui poſt
quadrienniū pena hic inſerta punitur. hoc dicit. ¶ No.
ꝙ prout quiſq; maiori tempore delinquit plus debet pu-
1 niri. ¶ Item nota augeri penam ſi aſſueſcat delictum
vt hic. ⁊ .ſ. de epi. audi. l. iii. quod verum eſt in delicto qd
recipit iterationem. alś autem impoſitio pene ex tem-
poris lōginquitate minuitur ſic ſoluitur contrarium. ff. de
penis. l. ſi diuturno. et de ritu nupt. l. qui in prouincia.
ſm Odoff. ⁊ An.

Augetur pe-
na ſi aſſueſcat
delictū in deli
cto reiterabili

Si quis. Qui ſine commeatu anno biennio trien-
nio vel quadriennio vacauerit modo hic in-
ſerto punitur. hoc dicit Bar. ¶ Et ſic nota
ꝙ plus punitur qui recedit illicentiatus vt
hic ꝙ qui cum licentia vt. ſ. l. proxi. ¶ Item
nota contra vagabundos de quibus. ſ. de primicerijs.
l. ij. Ja. rebuffi doctor.

¶ De tyronibus. Rubrica.

¶ Uiſum eſt. ſ. de militibus ⁊ eorum exercitio. ⁊ etiam
de militibus non exercentibus eorum officium ſeu facta
militaria recepto commeatu. vt. ſ. titulo pxi. verum quia
ſunt aliqui electi ad militiam qui tamen adhuc non
exercuerunt nec ſunt adhuc ſcripti in matricula ſed ſo-
lum electi qui tyrones vocantur. ideo ſubijcitur hic de
tyronibus. Ja. rebuffi legū comes.

1 Ullus. Ad euidentiaz huius. l. ſcias ꝙ
dicuntur tyrones qui eliguntur ad mi-
litiam. non tamen prius ſunt milites ꝙ
in numero militum referantur. vt. ff. de
teſta. mili. l. ex eo. ſic eſt in alijs officia-
libus. quia primo eliguntur ⁊ poſt ali-
quod tempus exercitium officij cōmit-
titur vt. ff. de condi. ⁊ demon. l. publicius. dicitur ergo hic
ꝙ tyro vagus aſcriptitius ⁊ veteranus ad militiam non
accedat. ⁊ ſic not. contra vagabundos ſm Odoffredum
2 ⁊ An. ¶ In tex. ibi vagus. nota ex hoc textu coniuncta
glo. ꝙ ille dicitur vagus qui in loco firmus non ſtat. Et
a ſic eſt argumentum ꝙ ſcolaris qui non ſtat firmus di-
citur vagus ⁊ nō gaudet priuilegio ſcolariū. cōtrariū tñ
eſt veritas. quia ſiue ſit vag⁹ ſiue nō. gaudet priuilegio. quia
ſcolaris eſt. ſ. ⁊c. in auť. habita. ſ. ne fili⁹ ꝓ pře. nō ob. ꝗ
l. quia vez eſt quo ad hoc vt nō efficiať magr. ⁊ iſta. l. eſt in
arg. ꝙ ille dr̄ vagabūdus ꝗ firmus nō ſtat in loco. ⁊ pro
hoc. l. iiij. §. abeſſe. ff. de od. infect. quedā tñ glo. dicit licz
male ꝙ ille eſt vagabundus ꝗ non hz ꝓpriū do-
micilium vt. l. ei⁹. §. celſus. ff. ad municip.

a ¶ Quis dica-
tur vagus ſco-
laris. audi pe-
tro. ca. qm̄. §.
porro. col. iiij.
verſi. aut cau-
ſa abſentie. ex
ibi Felin. col.
vij. verſi. dū di-
cit abbas. ex-
tra vt lite nō cōte
ſtata. ⁊ Anto.
coſi. ſing. ſuis
in verb. vaga-
bundus.

Quiſquis. Punitur qui alienum mancipium mi-
litie curauit aſcribi. An.

Tyrones. In hac. l. ponunť pulchra v̄ba. ⁊ dr̄
in ea ꝙ tyrones in ſcolis. i. in ſocietatib⁹ mi-
litum debent eſſe in poſteriori loco q̄ſi poſt
milites cōfirmatos. ⁊ ſic eſt arg. ꝙ noui ſco-
lares debēt ſedere poſt ꝓfectos de quo ordi-
ne tpis habeť. ſ. de cōſuli. l. j. ⁊ . l. iubem⁹. ⁊ de remunera-
tione laboris in. l. j. ſ. de ꝓinci. agen. in re. Odoff. ⁊ An.
¶ Itē no. hanc. l. cōtra doctores iuuenes ꝗ volūt celſio-
rem gradū obtinere ⁊ oībus anteire. quia nō poſſunt quia il-
lud tñ doctoribus ꝯcediť ꝗbus laboꝝ aſſiduitas ⁊ ſtipē-
diorum ꝓlixitas ſuffragať. Bar. ¶ Super glo. in fi. ibi
potioris. Sed dic ꝙ nō eſt cōtra. quia nō dicit poſteriorez
potiori preponendū. ſed dicit ꝙ ſuperior non debet ſibi
ad iniuriā reputare ſi inferior veritatem inueſtigauerit
vbi publica tractať vtilitas. Ja. rebuffi doctor.

Noui ſcolares
debent ſedere
poſt ꝓfectos.

Superior nō dz
ſibi ad iniuriā
reputare ſi in-
ferior veritatē
inueſtigauerit

¶ De littoꝝ ⁊ itinerū cuſtodia. Rubrica.

¶ Quia intereſt reipu. ⁊ etiā cedit honori militū de ꝗb⁹
ſ. in precedētib⁹ ti. dictū eſt vt ſic ꝓuideať. ⁊ fiat talis cu-
ſtodia in portib⁹ ⁊ alijs locis ne illicita portenť barba-
ris hoc eſt inimicis reipu. h. d. Igiť ſubijciť hic tit. de lit-
torum ⁊c. alś limitū ⁊ alś locoꝝ. Ja. rebuffi doct.

Aluberrima. Hic ꝓhibet merces deferri ad
barbaras nationes. ¶ Scdō ꝓhibet naub⁹
nō euntib⁹ ad loca illicita. nec cū mercib⁹ illi-
citis cōcuſſionē inferri. dū modo naucherij ꝗ
vadunt manifeſte deponāt. Odoff. ⁊ An. ¶ In text. ibi
naucherij. no. hanc. l. ꝓ portātib⁹ frumentū ⁊ alia blada
ꝗ timēt accuſari de cōcuſſione ac vēto vt ſemꝑ vadāt co-
ram officiali ad hoc deputato. ⁊ notificēt ei ad quē locū
pergere volunt. nam hec manifeſtatio reſeruabit eos de
cōcuſſione que cōtra eos fieri poſſet. Bar. ⁊ cū hoc cu-
ſtodes portuū ⁊ itinerum nō debebūt duplicare merces
nec per iſtas vias īpedire trāſeuntes: ſed debeat ſtari eo-
rum iuramento. ꝓ quo. ff. de re mili. l. eotem. §. ſi dñs. et
ſ. ꝗ ad ec. cōſu. l. fi. §. ſic ibi. ⁊ cū hoc etiā cū lr̄a de qua ſu-
pradictū eſt libere habebit tranſire. Ja. rebuffi.

¶ De deſertoribus ⁊ occultatori-
bus eorum. Rubrica.

¶ Quia milites de ꝗbus ſupradictuz eſt q̄nq; deſerunt
militiā in magnū dānum ⁊ periculū reipub. id ſubijciť ti-
tulus de deſertorib⁹. vez quia aliꝗ tales deſertores in ſuis
domibus occultāt in dānum etiā reipu. ideo ſequiť in ru-
brica ⁊ occultatorib⁹ eoꝝ. Ja. rebuffi. comes legū.

Si quis forte. Recipiēs ſcienter deſerto-
rem in agro vel in domo ſi eſt actor vel
procurator capite puniť. Sed dom⁹ ſeu
prediū cōfiſcať ſi cōſcius eſt dñs. Item
manifeſtans deſertorē premiať. Itē de-
ſertor eſt ꝗ tpe belli ſe abſentauit a ſi-
gnis. Itē ſi ſeipm ꝓdiderit veniā mereť
puniť n̄o deſertor pena mortis naturalis. ꝙ ſi iudex diſ-
ſimulauerit puniť ⁊ ei⁹ officialis penis hic inſertis. h. d.
¶ In tex. ibi ſciens prudenſq;. No. ꝓ receptatorib⁹ rebel-
les ꝙ ita demū puniunť ſi ſciāt ipſos eſſe rebelles. ꝯcor.
quod not. ff. de recep. l. j. ⁊ vide ꝗ dixi. ſ. de fabricen. l. fi.
1 ¶ In tex. ibi vel procurator. no. q̄ñ dicit ſtatutū ꝙ ſi in ali-
qua domo fuerit repert⁹ ludꝰ ꝙ deuaſteť. vel ſi in aliqua
domo fuerit ordinata ꝓditio cōtra cōe debeat deuaſta-
ri. ꝙ ſi actor vel procurator in ea retinuerit ludū vel prodi-
tionem ordinauerit ꝙ nō deuaſtabiť domus ſed procura-
tor punieť. tūc ad deuaſtationez dom⁹ ꝓceditur cū dñs
dom⁹ cōſcius fuerit aut aliꝗ ſcelera cōmiſerit. qd nō fa-
2 cit qd no. ſ. de fal. mo. l. j. ¶ Ultimo no. ex fi. l. magnam
penā cōtra officiales ꝗ penas ipoſitas a legib⁹ vel ſtatu-
tis gr̄a vel diſſimulatione īponere differūt. de quo hic in
glo. vlti. Et ſic facit cōtra capitaneos peruſij ꝗ malefa-
ctores gr̄a vl' diſſimulatione nō puniunt. ad qd. ſ. publi-
ce letitie con. l. fi. Bar. ¶ Itē no. ꝙ puniť cōſcius deli-
cti ſi delictum nō publicat ſic. l. j. ſ. de fal. mo. ⁊ de inceſt.
nup. l. cū ancillis. ſed hoc credo ſpāle in caſibus iſtis re-
gulariter nemo teneť iudicare furē. ff. de condi. ob tur.
cauſaz. l. ſi. ⁊ de preſcrip. nō ſolēni. ſic etiā ſpeciale eſt in
ſeruo cui⁹ ſilētiū puniť ſi dñi necē nō ꝓdeat. ff. ad ſillei.
l. excipiunť. ⁊ eſt rō quia ſerui nō debēt ſuam ſalutez ſaluti
dñoꝝ preponere vt. e. ti. l. j. §. potuiſſe. iudex tñ ſiue ſupe-
rior nō debet diſſimulare alś ſi diſſimulat delictū ⁊ non
vendicet regē vt cōſcius criminoſa feſtinat. ſ. de cōmer.
merca. l. ij. ⁊ in fi. huius. l. ⁊ ſic prelato intelligantur illa
verba nō caret ſcrupulo ſocietatis occulte vt no. extra d̄
ſenten. excō. c. quātō. ⁊ facit qd no. extra de offi. ordina.
iudi. in prima glo. Et no. plene ꝙ quadruplex eſt cōſen-
ſus extra de offi. delega. c. j. ¶ In ſcdō dicto no. ꝙ ſicut
in hoc caſu pena non iudicanti deſertorē īponitur vt eſt
dictū. quia puniť cōſcius ⁊ datur premiū iudicanti. facit. ſ.
pro ꝗbus cau. ſerui pro premio li. ac. in rubrica et nigro.
¶ In quarto dicto no. ꝙ parcitur ſponte cōfitenti. ſic
ſ. de hijs ꝗ ſpō. ſe defe. l. j. ⁊. ff. de alie. iudi. cau. fac. l. iij.
3 ⁊. ſ. de pena iu. ꝗ ma. iudi. auť. nouo iure. ¶ Item nota
ꝙ poſt delictum conſummatum locus eſt penitentie. ſic
ſ. ad. l. iul. maie. l. quiſquis. in fine. et in caſibus notatis
in. l. qui ea mente. ff. de furt. regulariter contra. vt in. l.
qui ea mente. ⁊. ſ. de apoſta. l. hij qui. ſm An. ⁊ Odoffre-
dum. ¶ In textu ibi degenerem id eſt turpem. quia
tunc miles degenerat quando appetit latebras. ⁊ ſic fa-
cit ꝙ nobilis non teneatur fugere. ¶ Item timere vi-
litas reputatur. ⁊ ſic per conſequens fugere. ſ. de agen.
in rebus. l. ij. in fi. latebram. expone. ſ. de decurio. l. qui-
dam ignauie. Jaco. rebuffi.

Nota de rece-
ptatoribus ꝙ
ita demum pu-
niūtur ſi ſciāt
ipſos eſſe de-
ſertores.

Nota de ſtatu-
to loquēte ꝙ ſi
i aliqua domo
fuerit repertus
ludus ꝙ deua-
ſtetur ꝙ ſi pcu-
rator in ea reti-
nuerit ludū ꝙ
non deuaſtabi-
tur domus ni-
ſi dñs domus
ſcius fuerit.

Si deſertores.

In deſertores. Deſertor inuentus reſiſtens vt rebellis opprimatur. Item diligẽs dz eſſe iudex ne ſub pretextu alicuius licẽtie deſertor poſſit euadere.bar. vel ſic clari deſertores ſi armis ſe defendãt tanq̃ rebelles a quolibet
1 poſſunt occidi. Et ſic eſt hic argu.ꝙ rebelles a quocũq̃
2 poſſunt occidi[a]. Secũdo dr ꝙ ſi aliquis miles recedẽs a militia dicat ſe hr̃e lr̃as ꝑ ſui licẽtia qui tractatorie vocantur p̃ſes puincie lr̃as illas diligẽter examinat ne ſub pretextu hmõi lr̃aꝝ deſertiõis ſue crimen defendere molitur.h.d.ſm Odo.⁊ And.⁊ facit prin.huius.l.ꝙ ſi in faciẽda executione debite tñ ſtat rebellio ⁊ rebellis repiatur vulneratus ꝙ ſeruiẽs nõ teneatur ad qd facit.ff.de iniur.l.iniuriaꝝ.Jaco.reb.

a ¶ Poſſunt a quocũq̃ occidi.⁊ rõ eſt qꝛ ꝑ nocit irã oĩm in ſe ⁊ odiũ ad vindictam. ita no.Bald. in.l.j.in.vj.col.ver ſi.quibꝰ oppono.C.de ſer.fu gi.⁊ eis ius nõ dz reddi.vt nota.Cy.in.l.j.C.de nau. libe.⁊ Bal.in aut. habita col. iij. v. tertio nota.C.ne filiꝰ ꝑ pre.

Ali relictis. Puniuntur tanq̃ deſertores milites qui ſignis relictis ſe ad latrocinium predãq̃ conuertũt. And.⁊ Odo.

De veteranis. Rubrica.

Quia milites de quibus dictũ eſt.C.in ꝓcedẽtibus titulis aliqn deſerũt militiã ⁊ ꝓpterea puniuntur vt.C.tit. precedẽti aliqui aũt ſacta militaria exercent ꝑ tp̃s a iure ordinatũ videlz.xx.annoꝝ.qui tali tp̃e cõpleto veterani appellantur vt.C.de exeu.vetera.l.j.cũ notatis in.l.ſi. ſ.ignominie.ff.de hĩs qui not.infa.ideo ſubijcit hic tc. de veteranis videlz qui puilegia habeãt ⁊ de quibus habetur in.l.veteranis.C.qñ prouoca.nõ eſt ne.⁊ in ti.de exeu.vetera.⁊ in ti.ff.de puile.vetera.⁊ in multis alijs locis.Jac.rebuffi legum comes.

Cum introiſſent. Veterani gaudẽt puilegijs hic inſertis.h.d.Bart. Nota ex hac.l.de pedagio eius qd colligitur per eũ qui ſtat ſup põtem ⁊ nõ pmittit aliquem tranſire niſi ſoluat pedagiũ ꝙ ab hoc pedagio veteranus excuſatur.
1 Item in tex. ibi te nobis.not.nõ eſſe irreuerẽter loqutũ ſi quis alicui magno dño dicat tu ⁊ nõ vos:qꝛ hoc fuit dictũ impatori ⁊ hoc verũ niſi ſit cõſuetudo in ꝯtrium Bar. Item no.qualiter princeps eſt ſalutãdus non tñ a quocũq̃.C.de ſilen.l.j. Item no. ꝙ ſolus p̃nceps ſolus eſt ſubiectoꝝ de hoc in aut.de here.⁊ fal.in p̃n.colla.j.⁊.ff.de offi.p̃fecti vigi.l.nam ſalutem. Item not.hic benignã impatoris rñſionem ſm And.⁊ Odo. Alleg.hec.l.vt libellus gñalis[b] non ſit
2 admittẽdus vt habes hic de veteranis qui gñalez petitionem inſerebãt ⁊ merebãtur rñſionem niſi eſſet benignitas imparoris.⁊ de hoc.C.de impub.⁊ alijs ſubſti.l. precibus tuis. not.in.l.j.ff.de edẽdo.⁊ ꝑ Cy.in.l.edicta.C.de edendo.Jaco.rebuffi.

Nota de illo q̃ ſtat ſupra pontẽ ⁊ nõ pmittit aliquẽ trãſire niſi ſoluat pedagiũ.

Nota nõ eẽ irreuerenter loqutũ ſi magno dño dicaẽ tu.

b ¶ An libellꝰ generalis ſit admittendus. Adde Lãfrã. de ozia.in caꝑ. qm̃ ꝯ falſam. ſ. petitiones. nu.iiij.ẽſi.conſcia eẽ. extra de proba.

Prouidẽdum. Veteranus factꝰ preceptor aut aliũ honorẽ aſſecutꝰ nullis iniurijs eſt pulſandus ꝯtrafaciẽs eſt ſm q̃litatez facti ꝑ rectorẽ puinciae puniẽdus.h.d.Bar.⁊ forte vocat iniuriã ſi frãgatur eis imunitas lege ſupiori ꝯceſſa.Odo.⁊ And.

No.ꝙ ſi alicui frangatur immunitas lege ſuperiori conceſſa ei ſit iniuria.

Veterani. Puniũtur veterani oĩ priuilegio exuti qui nõ culture agroꝝ nec alicui honeſto opi:ſz latrocinijs intẽdẽtes ſe dederũt. Et ſic no. ꝙ delictũ excludit ꝑuilegium vt.C.vbi ſena.l.j. Scdo no.ꝙ honeſtũ eſt colere ꝑdia.milites ꝟo nulli cul ture agroꝝ intẽdũt vt.C.loca.l.milites.cũ ſi. odo.⁊ An.

Illus. Veteranus effectꝰ inuitꝰ vel volẽs nõ tenet ſubire militare iudiciũ ⁊ ſentẽtia ꝯ eũ lata tali ordine nõ ſeruato nõ valet niſi dũ ipſe militabat q̃ſtio in cognitionez fuiſſet deducta:qꝛ tũc ibi finit lz veteranꝰ ſit effectus niſi ſpãli ꝑuilegio ꝯtrium ſit indultũ.h.d. Et no.ex hac.l.ꝙ lz ego efficiar alterꝰ fori lite incohata ꝯtra me iudiciũ ibi finiri dz vbi initiũ accepit cõcor.l.vbi.ff.de iudi.⁊.l.ſi quis.poſtea q̃ eo.ti.⁊.l.cũ quedã puella.ff.de iuriſdi.om.iudi.Bar.

De filijs officialium militarium qui in bello moriuntur. Rubrica.

Quia in precedentibus titulis tractatum eſt de militibus ſeu de militaribus viris nũc tractabitur de eoꝝ filijs.Jac.reb.legum eximius pfeſſor.

Hi qui. Planũ eſt ꝙ dr in hoc ti.filij officialium ſeu militũ nõ debẽt ad aliud offitiũ vel militiam vocari niſi quo eſt vel fuit pater. Et ſic not.ꝙ familie nõ debẽt diuidi ꝑuilegio.hic not.ſm And.⁊ Odo.Ja.reb.

De oblatione votoꝝ. Rubrica.

Quia milites de quibus ſupradictũ eſt q̃nq̃ faciunt dona eoꝝ principi qualia dona debẽt facere. hic declaratur ſubijciẽdo hic rubricã de oblatione hoc eſt qualia debẽt offerri ſeu donari ac p̃ſentari ⁊ ſequitur in rubrica votoꝝ:hoc eſt qñ volũtarie ⁊ bona volũtate volũt facere dona eoꝝ principi. Jac.reb.

Quando. Cum milites volunt ſuis dare principibus debẽt donare librã auri et donabũt ꝑ ſolidos obrizatos:hoc eſt ꝑ obolos ſolidi auri ⁊ qñ ſiunt hec munera vocatur felix ãnus. Et not.ꝙ qui donat dz donare de meliori ſicut Abel Odo.et Andre.

De nũerarijs actuarijs ⁊ chartularijs ⁊ adiutoribus ſcriniarijs ⁊ exceptoribꝰ ſedis excelſe ceterorum iudicũ tam ciuiliũ q̃ militariũ. Rubrica.

Quia milites de q̃bus dictũ eſt.C.in titulis ꝓcedẽtibus ſunt deputati ad defenſionẽ ⁊ vtilitatẽ ac factũ reipub.ſic etiã ſunt neceſſarij alij officiarij ꝑ factis tãgẽtibꝰ rẽpubl.put ſunt nũerarij ⁊ alij hic noiati ideo ſubijcitur hic ti.de nũerarijs tc.vnde pmo dr in rubro de nũerarijs qui idẽ ſunt qõ tabularij.⁊ in.l.ne diuitias.⁊ in.l.ſcriniarios ⁊.l.nulli.⁊ in.l.officio.ſeq̃tur i rubro ⁊ actuarijs tc. de iſtis habet.ſ.eo.l.ne diutiꝰ.⁊ in.l.actuarios.⁊.l.nemini.ſeq̃tur de cartularijs de quibꝰ habet in.l.nulli ⁊.l.ſi. ſequitur in rubro ⁊ adiutoribus ſcriniarijs aliqui habẽt ⁊ adiutoribus ſiue ſcriniarijs qñ idem ſunt vt not.ſ.eo. l.nulli.de quibus etiã in.l.ſcriniarios.ſequitur in rubro ⁊ exceptoribus ſedis excelſe ceterorũq̃ iudicũ tc.de iſtis habetur in.l.ſi.⁊.l.nulli.Ja.reb.

Tozar. Qui dicãtur nũerarij dixi plene.C.de iure fiſci.l.ij.⁊ ptz in.l.ſeq.in hac eñi.l.puniũtur nũerarij fraudulenti vt etiã qõnibus ſubijciãtur ⁊ plenꝰ dic vt in.l.ſeq.And. Et not.fraudulẽtum ꝓpoſitũ inhibẽdũ ſm Dul.Bar.ponit ſic caſuz nũerarij fraudulẽter ſeruiẽtes rectoribus in diuerſis obſequijs in tormẽtis ⁊ lacerationibus puniũtur.h.d. Et not.hãc.l.contra illos qui volũt deſeruire pluribus iudicibus in diuerſis obſequijs ꝙ puniũtur. Bar.

Qui nũerarij. Nũerarij ꝯſularius ⁊ p̃ſidum qui hodie tabularij appellãtur tormẽtis ſubijciantur niſi iudicibꝰ vel alijs ꝑ p̃ncipez in puincia deſtinatis ſeu exactoribus noim debitoꝝ ſubactoꝝ teſtificatione mõſtrauerit vt eis iudicãtibus oẽs fiſci debitores ad ſolutionẽ appellãtur ⁊ qd ab eis debitoribꝰ exigi nõ poterit de ſuo reſtituere tenebũtur q̃ ſi fecerint litez ſuã tẽpuſq̃ tabularioꝝ triẽnio ꝯcludit.h.d.
1 Et not.hãc.l.ꝯ tabularios ꝯſeruatoꝝ q̃ nõ aſſignãt nola debitoꝝ ac nũeꝝ ⁊ modũ ꝑ publicũ inſtrm̃.nã faciũt litem ſuã ꝑ hãc.l.quã no.Bar.⁊ And. In gl.iij. ibi litem ſuã.not.gl.ſoiũ ꝙ notariꝰ facit litez ſuã qñ plus vel minꝰ q̃ debeat ſcribit qꝛ tenet ꝑti leſe ad intereſſe ꝑ quo facit.ff.ſi menſor fal.mo.dixe.l.ſi.⁊.C.de magi.cõue. l.ſi.l ſi.de c̃ ꝑ bal.C.de epi.⁊ cle.l.p̃ſbyteri.l ſi.⁊ ꝙ poſſit
c recuſari vt iudexꝰ ſolus tex.eſt in aut.de trien.⁊ ſe.ſ.qd ſepe ſuper ꝟbo artificio.colla.iij. Jaco.re.

c ¶ Poſſit recuſari vt iudex Adde lanfrã. de ozia.in caꝑ. qm̃ ꝯ falſam. ſ.interlocutorie ⁊ appellationes.col.xj. extra de ꝓba. ⁊ Spe.in ti.de inſtru.edi.ſ.ſi et ibi qñ dicat ſuſpectus.

Numerarios. Nũerarij p̃fecti p̃torio cingulũ ⁊ ordinẽ militie retinẽt.h.d.Bar. In tex.ſup verbo cingulũ.adminiſtrationẽ.i.militie ordinem.i.ſunt in nũero militũ. And.

In puincijs. In omni puincia duo nũerarij ⁊ tabularij collocẽtur vnus ad ratiocinium arche fiſcalis alius ſup ti.largitionalibus.i. ſuper donis que principi largiũtur nulluſq̃ de alterꝰ officio ſe intromittat cõtrafaciẽs

punitur ⁊ celans talem culpam ſimiliter eſt puniendus.
1 h.d. ¶ Not. hic tex. ꝙ nunꝗ̄ vnus officialis dꝫ ſe intro mittere de alterius officio vt hic. ⁊ .j. de exac. ⁊ execu. l. ij.
2 ¶ Ultimo not. ex glo. quid ſit fiſcus et quid erarium. Bar. ⁊ allegatur hec lex ꝙ notarius vnius territorij nō poſſit cōficere inſtr̄a in alio territorio. Ja. reb.

Exceptores. Exceptores .i. ſcriptores puīn cialium iudicum etiā ſi decuriones ſint .i. ſiue nō ꝓhibētur vti exceptoris officio dūmodo non ſint cohartalis cōditiōis nec publicas annonas recipiāt cogūtur tn̄ ſi ſint decurio nes mūera ꝑpie ciuitatis cuius ſunt decuriones agno ſcere ⁊ finito exceptoris officio ad primā curiam al's cu ram reuertētur. h.d. ¶ Et dr̄ hic in tex. ſi ſicut decurio nes cōtradicit leg. vniuerſos. C. de decurio. vbi dr̄ ꝙ de curiones nō poſſunt eſſe notarij vel ſcriptores reſpōſio qui eſt decurio nō poteſt creari exceptor vt ibi: ſed ſi eſt exceptor vt hic ſic ⁊ remanet notarius ſi lex ſi quis decu rio. C. de fal. ex quo not. ꝙ vna dignitas nō perit ꝑ aliaz ſupuenientez vt. C. de dig. l. iiij. cū multa impediāt contra henda que nō impediūt iam cōtracta. Odoff. ⁊ Andre.
1 ¶ Et facit ꝙ notarius factus pſbyter qui non pōt vti officio notariatus vt extra ne cle. vel mo. c. ſicut te poſſit dexorio prius receptis ab eo ꝯficere ſeu groſſare inſtr̄a ad quod facit. ff. de publi. iudi. l. is qui reus. §. fina. Jaco bus rebuffi.

Ne diutius. Numerarij a cōtione actuariorū abſtinere debent ⁊ contrafacientes puniun tur. hoc dicit Barto.

Actuarios. Actuarij ſm̄ cōſuetudinem anti quā ſunt ordinādi ⁊ ſi aliter facti fuerit ab
1 eis nō valet ⁊ ipſe faciēs punit̄. h.d. ¶ Ex hoc not. ꝙ vbicūqꝫ creātur aliqui officiales ſemꝑ dꝫ mos antiquus obſeruari al's crea tio eſſet nulla vt. l. nō tm̄. ff. de decurio. ⁊ ſic eſt caſus ꝙ ſindic⁹ creatus nō cōgregata vniuerſitate ad ſonum cā pane vel alio ſono vel ꝯgregata de mādato ſupioris put cōſueuerat nō dr̄ legitime ⁊ ſic de facto obtinui ꝑ hāc. l.
2 ¶ Item nō ex fine huius. l. ꝙ lꝫ aliquis habeat̄ ⁊ repu tetur ꝓ officiali publico ⁊ reuera nō ſit ex eo ꝙ nō fuit le gitime ordinatus vel reputet̄ aliquis tabellio cū nō ſit ꝙ oīa acta facta nullius ſunt momēti ⁊ ipſe faciēs puni tur. nec ob. l. barbarius. ff. de offi. pto. qꝛ qñqꝫ q̄s eſt ele ctus ſolēniter tn̄ ꝓpter defectū ꝑſone non pōt eſſe ⁊ tūc facta ꝑ eū valēt ꝓpter vtilitatez publicā vt ibi qñqꝫ q̄s pōt eſſe ſꝫ nō eſt elect⁹ ſm̄ formā debitam: ⁊ tūc facta ꝑ eum nō valēt vt hic. ⁊ ita tenet Guil. de cug. in d. l. bar barius. Barto. Jaco. reb.

Scriniarios. Scriniarij prohibētur ſumere vel polliceri pecuniā mutuam ꝓ expēſis pu blicis vt ſic finito officio nullā inquietudinē patiātur ad inſtar tutoris qui nō tenetur ex eo ꝙ noīe pupilli geſſit vt. ff. qñ ex facto tu. l. poſt mortem. ⁊ . C. de admi. tu. l. cū quidā. An. ⁊ Odoff. qd̄ not. vt cōſules ⁊ clauarij vniuerſitatū nō teneātur de poſito offō. ꝓ quo. ff. de re iudi. l. iiij. §. tutor. Ja. reb.

Temini. Qui eſt in quacūqꝫ militia ꝯſtitutus actuarius ad aliquā militiā nō aſpirat qua tenus oī priuilegio militari nudatus nihil fraudis circa reddēdaz rōnez attentet eſſet enī ꝓpter militiam magis fauorabilis: ⁊ ita poſſet ꝓpter militie fauorē ⁊ potētiaz reſpu. fraudari ⁊ ſic ſoluitur a militia qui militauit cū vitāde litis vt. ff. de re militari. l. qui cū vno. §. nō oēs. ⁊ . C. q̄ militare nō po. l. j. ⁊ hac rōne ꝓhibētur officiales eſſe clerici vt. C. de epi. audi. l. officiales. an id eſt in ti. de epi. ⁊ cle. Jaco. reb.

Uili. Scriniarius nullos ſcriniarios vltra q̄ter nas vices hr̄e pōt nec etiā cartularius inter paulato tn̄ tpe ⁊ nō ꝯtinuato ⁊ dꝫ eſſe in ſcri niarijs iteruallū bienij i cartularijs q̄nquenij. Item adiutor ſeu ſcriniari⁹ ad ſolicitudinez cartularij nō pōt deſcēdere. Itē nūerarij ſcriniorū orientis ⁊ aziane dio ce. eligūtur de nūero hic notato i dioce. pōtica eligi pñt hij quos ſcriniarij duxerint eligendos inſtr̄a que ab eis faciēda ſolēnizāda ſunt ſolēnitate hic deſcripta al's ſu ſpitione falſi nō carent exceptis inſtr̄is hic nota. h.d.
1 ¶ No. i dignitatib⁹ debere ſemꝑ q̄ꝫ aſcēdere de gradu in gͣdū ꝫ nō deſcēdere. ¶ Ultio no. ꝙ inſtr̄m carēs ſolē nitate debita nō eſt ſine ſuſpitiōe falſi. bar. ⁊ hꝫ pñs lex quattuor ptes in pͣia dr̄ q̄ꝫto tpe ſcriniarij vel cartularij debuerāt nūerarios adiuuare in ſcd̄a pte ibi nulla dr̄ ꝙ qui ſunt adiutores nō pñt effici cartularij qꝛ dignitas debet aſcēdere ⁊ nō deſcēdere. In tertia pte ibi ita dr̄ a quib⁹ ſcriniarij debeāt eligi adiutores ſiue i oriētali ſiue in aſia ſiue i pōtica. In q̄rta pte ibi oīa dr̄ a quib⁹ debēt ſubſcribi ⁊ inſpici publica inſtr̄a ⁊ pena ꝯfaciētib⁹ īponi
2 tur. And. ¶ In tex. in ꝟ. nulla hic habes ꝙ iſti nō pñt deſcēdere ad inferiorē dignitatē vel adminiſtratiōez ſꝫ fa
a cit ꝙ iudex ꝑ ſe nō habeat ptātez ꝯficiēdi acta ſꝫ videt̄ ex lex expꝛſſa in ꝯtriuz. C. de mag. municip. l. mgr̄at⁹. Su per q̄ diſtingue aut iſte iudex eſt adeo occupat⁹ circa iu riſditionē ꝙ nō pōt alijs vacare ⁊ tūc nō pōt ꝯficere vt hic. ⁊ . C. de ꝑſ. ſa. ſcri. de aſſeſſo. l. ſi. de poſtu. l. q̄s aut nō eſt tm̄ occupat⁹ q̄n hō poſſit vacare circa actoꝝ ꝯfectio nem: ⁊ tūc hō pōt ꝯficere acta ⁊ pſertim ſi notariū comō de hr̄e nō pōt vt. d. l. mgr̄atus. ⁊ ꝓ hꝫ. l. ff. de teſti. l. caret
3 mgr̄at⁹. In ꝟ. oīa ſane no. hic ſubſcriptionē eſſe neceſſa
b riam inſtr̄o⁹ al's nō eſſet carēs ſuſpitiōe ꝓ quo. C. de ꝯ hen. emp. l. optimā. ⁊ de ꝯueni. fiſci. debi. l. ij. ⁊ . ff. de iure fi. l. in fraudē. §. quotiēs. cū ſi. Circa qd̄ queritur ſi nota rius videat̄ mihi ſuſpectus verū poſſim petere vt remo ueatur vel vt alius ſibi adiūgatur vel q̄d iuris. ⁊ dicūt qui daꝫ ꝙ nō remoueat̄ ſꝫ qd̄ alius ſibi adiūgatur ſibi dr̄ in iudice ordīario: qꝛ etiā notari⁹ eſt cōis oībus de puincia ſicut iudex ordinarius vt. C. de iudi. l. aptiſſimi iūcto. §. j. in aut. de tabellio. Sed credo ꝯtrium ꝙ ſit remouendus nec ob. qd̄ dr̄ ꝙ equiparatur iudici ꝙ nō eſt verū cū ptās notarij depēdeat ex volūtate petēz i aut̄. de tabellio. §. j. ⁊ . C. de adop. l. adoptio vbi habes ꝙ nō hꝫ iuriſditionez ſed ordīarius hꝫ iuriſditionē. Itē iudex nō eſt volūtari⁹ ideo redditur in inuitū. ff. de ꝟb. ob. l. inter ſtipulātē. §. j. de ꝟbo. ſig. l. pupillus. §. in territoriū. ſꝫ dic ꝙ pōt equi parari delegato. ff. de offi. ciuscui māda. eſt iuriſ. l. j. §. ſi. vbi habes ꝙ delegat⁹ nihil hꝫ ex ſe ſic nec notari⁹ aliq̄d hꝫ niſi auctoritate creantis in aut̄. de tabellio. §. ꝙ ſi ꝟo preter: ſꝫ delegatus pōt excuſari ⁊ remoueri vt. d. l. aper tiſſimi g̃ ⁊ notari⁹ ⁊ ꝓ hoc in aut̄. de trien. ⁊ ſe. § qd̄ ſepe. ¶ Sed pone ꝙ notario ſuſpecto fuit alius adiūctus: ſꝫ poſt in ꝓceſſu ꝯtinet̄ in aliq̄ pte: ꝙ ptes cōparuerit co ram illo ſuſpecto ⁊ nō coram alio. querit̄ an valeat ꝓceſ ſus. ⁊ videt̄ ꝙ nō ꝑ. l. iſtam. Tu tn̄ diſtingue aut nomen illius notarij adiecti repitur in ꝑncipio ꝓceſſus gn̄alis ⁊ tūc valet qꝛ videt̄ repetitū in qualibet pte. ff. de eden. l. j. §. j. de leg. j. l. ſi ſeruus pluriū. ⁊ hoc verū niſi ex hoc emi neret magnū preiudiciū: qꝛ tūc credo ꝙ debeat apponi nomen vtriuſqꝫ qñ eſt in ſubſtātialib⁹ ꝓceſſus vt in exa minationib⁹ teſtiū ⁊ ſilibus vt in aut̄. apud eloquētiſſi mum. C. de fide inſtru. ⁊ ad pdicta facit. l. ſi ſtipulat⁹ fue
4 ro. §. griſogon⁹. in fi. ff. de ꝟ. ob. ¶ In tex. ibi. §. oīa. ibi mētione no. ꝙ qñ duo notarij faciūt vnum inſtr̄m ꝙ qli bet in ſua ſubſcriptione debet facere mentionem alte rius. Jacobus rebuffi.

Officio. Olim ante. l. iſtaz numerarij durabāt per biennium nūc ſtatuit ad petitionem offi cialium magiſtri officiorum vt durent tantū per annum. An. Jaco.

Ex hāc. Hec. l. eſt obſcura: ⁊ loq̄tur pfecto p̄ torio ꝑ illiricū ⁊ dr̄ ꝙ cū eius ſcriniarij ſiue nūerarij vel officiales depoſito ſꝫ officio eēnt cīebātur tribuni ptoriani aſcēdēdo ad maio rem dignitatē vt. C. e. l. mili. recitabat̄ ſnia ſi ne decretū electōis hmōi ⁊ aliq̄d eis dabat̄ mādat idem obſeruari in officialib⁹ ſiue ſcriniarijs pfecto ptorio illi ciū ꝓmouētur ad comitiuā pmi ordis ⁊ hec eadē obſer uātur ꝑ oīa i officialib⁹ macedonie. An. ⁊ Odo. Ja. re.

¶ De curſu publico āgarijs ⁊ pāgarijs. Rubrica.

¶ Quia circa

Notari⁹ fact⁹ preſbyter licet non poſſit vti officio notari atus tn̄ poteſt groſſare inſtru menta de no tis ante rece ptis. idez iudex ei pōt ſi ſtatu to cauetur ꝙ notari⁹ aucto ritate regia nō poſſit deferre tonſurā ⁊ ſi de ferat vel non poſſit officio notariatus ꝙ ſi efficiatur de mum notarius apl'icus poſſit deferre tonſu rā: et inſtr̄a q̄ re ceperat vt no tarius regius nō poſſit groſ ſare.

No. intellectū l. barbari⁹ phi lippus ⁊ eſt rō qꝛ mai⁹ eſt pec catū in forma q̄ i materia vt de ſīlibus.

Inſtrumentum carēs ſolenni tate debita nō eſt ſine ſuſpi tione falſi.

a ¶ An iudex per ſe habeat ptātē ꝯficiēdi acta. de quo vi de Zanfrā. de oīa. in ca. qm̄ contra falſam ſ. interlocuto rie ⁊ appella tiones. nu. lx. iiij. ⁊ qd̄ ibi no taui in apoſtil. ad ipm in ver. iudex notari⁹. extra de pba.

b ¶ Subſcri ptio eſt neceſ ſaria in inſtr̄o. ⁊ rō eſt qꝛ ſubſ ſcriptio dr̄ teſ timonium: que ſi teſtificaret deat q̄ ſe ſub ſcribit. vt not. bal. l. i. ſi. in. ſ. no. C. ſi cer. pe ta. ⁊ hꝫ vl depo ſitionis. vt no. idē Bal. in. l. ſi. in. v. oppo. C. de edicto diui adri. tol. ⁊ pro pꝛīcipal ſoxta bal⁹ dic ꝙ ſub ſcriptio eſt ne ceſſaria qꝛ au ctoriſat inſtr̄m cui ſubdit̄ ita no. Bar. ⁊ doc to. in. l. eo ꝙ. in. j. nota. C. ſi cer. pet. ⁊ in. l. diuus. §. itē ſe natus. ff. d fal. ⁊ qñ ſit neceſ ſaria. vide Spe cu. in tit. de inſ tru. edi. §. in ſtrumētū. col. xij. verſi. item ꝙ nō eſt in ta bellione. ⁊ q̄re redzatur. vide eundē Spec. in ti. de cita. §. iil de citatione verſic. litteris igitur.

¶ Quia circa facta militaria ac bellica ad tuitionē reipublice ordinata de quibus ſupradictū eſt. Eſt neceſſaria portatio armoꝝ τ annone τ aliaꝝ reruꝫ circa pmiſſa neceſſaria cuꝫ curribus aīalibus plauſtris τ talibus ad hec deputatis τ ius publicū tangētibus: ideo ſubijcitur hic ti. de curſu publico de quo in toto iſto titu. τ de angariis τ pangarijs de quibꝰ expſſe in .l. nemo. τ .l. nullus cū de illo innuitur p totum hūc ti. Jaco.reb.

Quos ad euidētiam .l. not. que hic dicitur i gl. rubrice τ dr in hac .l. ꝙ qui ꝑeſt tali curſui publico nō ſberet vel faciat ſberari eqs deſtinatos militibꝰ curſui publ. τ portātes annonālē arma τ fuſtibus τ lignis: ſed cū flagellis .i. corrigijs
1 vel auena. h.o. ſm An. ¶ In tex. ibi lignis vel fuſtibus not. optimā .l. cōtra ꝯductores equoꝝ ad vecturam qui equos cōducunt vt ambulent τ poſtea equum cōductum ꝑcutiunt cum ligno vel fuſte ſic ꝙ ex hac ꝑcuſſione equus deterioratus eſt. nā ad euꝫ ſpectat
a periculū qꝛ nō debuit euꝫ ꝑcutere ligno vel fuſteᵃ vt hic. Sed ſi cum ꝑcuſſerit flagello vel calcaribus τ caſu quo equus fuerit mortuus vel deterioratus tūc nō ſpectaret ad eum periculū qꝛ licite potuit eum flagello vel calcaribus cedere. Bar. Jac.reb.

a ¶ No. bonā l. cōtra conductores equoꝝ qui equū ꝑcuſſit cum ligno vel fuſte ꝙ tenetur iſta ſing. colligit τ not. bar. hic p iſtuꝫ tex. quē refert τ ſequitur an. to. conſ. ſing. ſuis in ver. cōductor. inci. ali quis conduxit equuꝫ. τ quod ibi no. in apoſtil. vbi vltra rōnē p eū ibi aſſignatā alia que mihi videtur potior daf ratio.

Preſidibus. Preſidibus τ rōnalibus dātur expenſe de publico p certis equis. vñ non debēt vſurpare parauerede pūncialiuꝫ .i. plauſtra p deferēdis rebus ſuis: ſed accipiāt ad vecturas. ¶ Secūdo dr ꝙ illi qui vehunt curſuꝫ publicū non debent p aliā viam. niſi p quā totus curſus publicus ire dignoſcitur τ hoc vt tollatur fraudādi occaſio τ per oīa dr idem .§. eo. ſi quis p. ¶ Tertio dr ꝙ ꝑfecto ꝑtorio ꝑſto eſt licētia .i. ꝑſtita vtendi curſu publico .i. accipiēdi plauſtra publica vel pūincialiuꝫ τ ducēdi res ſuas p locuꝫ nō
1 conſuetū. h.o. ſm And. de barulo. ¶ Not. ex primo dicto huius .l. nō debere vſurpari aīalia τ alias res ſubditoꝝ qd male ſeruāt preſides τ officiales nr̄i tpis ꝙ cum de publico ſtipēdia ꝑcipiant quotidie equos alioꝝ accipiant ad qd .l. iudicibus .§. eo. And. ¶ In tex. ibi parauerede dic clarius ꝙ gl. ꝙ parauere dus dr ductor plauſtri .i. bubulcꝰ ſiue auriga τ dr a para qd eſt iuxta τ veredus .i. equus. τ ſic iuxta equū ducētem redam a veho et reda: quelibet enī reda .i. quadriga hꝫ vnū equum in medio cum cella in quo equo equitat parauere darius τ ille equus dr veredus .i. vehens redā. ponitur ģ hic pa p toto .i. ductor plauſtri p toto plauſtro ſicut in toto iſto tit. ponitur veredus p tota quadriga. Iteꝫ auriga vocatur
